uespasiano plenius complenda pronuntiat. Ante ultimam
.ii. captiuitatem non sola iure sedere dicitur. non forte pro do
loris aggeratione. A caldeis .ii. pauperes terre cultores
relicti leguntur. quibus godolias preesse iubetur. nec ciui
tas omnino destruitur. sed post mortem christi uastanda
differtur. ut nec lapis super lapidem nec parietes in ea re
linquatur. Reuersis autem a captiuitate ciuitatis uir
ga furoris. quia per monita et correptiones prophetarum
non sunt ad dominum conuersi. sed beneficiis dei fuerunt semper in
grati. Unde moyses. Scio contentionem tuam et ceruicem
tuam durissimam. semper contentiose egisti contra
dominum. Et stephanus. Dura inquit ceruice et cetera. Prop
terea sepe flagellis attriti. ab hostibus oppressi. malis om
nibus afflicti. nec sic crediderunt. sed exacerbauerunt dominum
excelsum. Ideo captiuatis iam .x. tribubus in assirios
due que remanserant domum dauid sequentes. et
dominum spetenus colentes paulatim crescente mali
cia. primum in caldea captiuantur. Unde hic ciuitatem con
plangitur. Quomodo sedet sola ciuitas et cetera. G 1512

Rethoricorum colorum splendorem YBERTUS.
et sententiarum grauitatem. et elocutionis or
nationem me tacente diligens lector non tace
bit. Locorum quoque rethoricorum multitudinem et
dialeticorum raritatem. et argumentorum subtilitatem
gnarus inueniet. Propterea rethorice conquestionis
humilitatem. et interdum indignationis asperita
tem. uel utriusque commixtionem nullo docente doce
bit. Rudibus tamen satisfaciendo conquestionem et in
dignationem rethoricam propriis diffinitionibus ad me
dium deducere non grauabor. Est enim ut ait tullius con
questio oratio auditorum misericordiam captans. cuius
primus locus est. per quem quibus in bonis fuerint.
et nunc quibus in malis sint. sicut hic osten
ditur. Quomodo sedet sola et cetera. Indignatio est oratio
per quam conficitur aut in hominem odium aut in rem
offensio. Cuius primus locus est ab auctoritate cum
dicitur. quante cure ea res fuerit diis inmortalibus
et cetera. sicut hic. Candidiores nazarei eius niue et cetera.
In primo ergo alphabeto paucos indignationis et
conquestionis locus assignando diligentiori et
perspicatiori uiam aperio lectori. et CETERA.